



6 Cl
2660



1) 1. Bl. 2658 aida diatoyind antire diey/oye

2) 3. Bezu Bl 2656 yf Ro

3) 4. Bl. Ma 1698 textloid yf

4) 6. 00

5) 12. 00 Rom.



EPISTOLA VLRI
CHIDEHVTTEN
Equitis, Ad D, Martinum Lu-
therum Theologum.



V I V E L I B E R T A S.

VLRICHVS DE Hutten Eques, Martino
Luthero Theologo, Salutem. Si quod ad ea,
que magno istic animo paras, vt video, impe-
dimentum tibi intercedit, necessario & aman-
ter doleo. Nos hic promouimus nō nihil. CHRISTVS
adfit, CHRISTUS iuuet, quādoquidē eius stata adferim⁹,
eius obscuratā, Pontificiarū caligine, constitutionū, in lu-
cem reducimus doctrinam, tu foelicius, ego pro viribus.
Vtinā, aut omēs hęc sentiant, aut se vltro isti agnoscant,
ac in viā redeant. Ferunt excōmunicatum te. Quantus o
LVTHERE, quātus es, si hoc verū est, De te dicent em̄
pī omēs, Captabant animā iusti, & sanguinē innocentē
condemnabant. Sed reddet illis iniquitatē ipsorum, & in
malitia eorū disperdet eos dominus deus noster, Hęc nos
bis spes, hęc esto fides. Redit ab Vrbe Eccius, beneficijs
a Pōtifice & pecunia, quod aiūt, auctus. Quid tū? Lauda-
tur in desyderijs suis peccator, nos in veritate sua dirigat
de⁹. Atq; igit oderim⁹ ecclesiā malignantiū, & cū impijs
nō sedebim⁹. Circūspice tamē, & oculos pariter ac animū
habe ad illos intentū. Vides, si nūc cadas, quæ sit publico
iactura. Nā, ad te quod pertinet, eo esse te animo scio, vt
malis sic mori, quā vtcūq; viuere. Mihi q̄q; insidię sunt. ca-
uebo quantū licebit. **SI VI INGRVNT, VIRES**
ERVNT ADVERSVM, nō tantū pares, sed, vt spe-
ro, superiores etiā. Vtinam me cōtemnāt. Eccius me de-
tulit, vt tecū habentē, in quo falsus nō est. Semp em̄ in ijs
que intellexi, tecū sensi. At nulla fuit prius consuetudo no-
bit. Nam, quod idē dixit, conspirasse prius nos, hoc mē-
titusest in gratiam Ro. Episcopi. O HOMINEM IM-
PVDENTER Malum. Sed videndū est, vt illi red-
tur quod meretur. Tu cōfirmare, & robustus esto, nec va-
cilla, Sed quid moneo, vbi op⁹ nō est? Me habes adstipu-

latorem, in omnes etiā euentus. Itaq̃, confilia omnia tua
audebis posthac credere mihi. Vindicemus cōmunē liber
tatē, liberemus oppressam diu iam patriam, DEVM ha
bemus in partibus. Quod si DEVS p̃ nobis, quis cōtra
nos? Prosciderunt te Colonieñ & Louanieñ. Hęc illa sunt
diabolica, aduersus veritatē Conciliabula, sed perrumpe
mus, perrumpemus, adiuuante CHRISTO strenue, Il
los vero decuit vere potius, vbi negociū incideret, & libe
re iudicare. Quo nomine monui eos quadā in Præfatiōe,
quā leges, Mittet eā CAPITO. Hodie ad FERDINANDUM
DVM abeo. Quicquid ibi potero, n̄ro bono, non cessa
bo. **IUBET AD SE VENIRE.** N. te, si tutus istic fa
tis non sis, habiturus p̃ tua dignitate liberaliter, & aduer
sus om̄is generis inimicos defensur⁹ strenue. Hoc ter aut
quater iussit, ad te scriberē. In Brabācia inuenient me tuæ
literę, Istuc scribe, & amāter Vale & in Christo. Mogūt.
raptim. ij. Nonas Iunij Anno M. D. XX. Melanchthonē
saluta & Facchum, ac bonos istic omnes, Iterumq̃ Vale.


τελος


Bl 2660

(x2203219)

TA-70L







Farbkarte #13

B.I.G.



5 121

EPISTOLA VLRI
CHIDEHVTTEN
Equitis, Ad D, Martinum Lu-
therum Theologum.



He. 643 ^{xii}

